UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXVIII. de Clerico non ordinato ministr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

ſeſe officiis ingerere præſumſerit, fit ir-
regularis. Et ſi nec ſic deſiſtat, Ordinibus
ſuis ſpoliatus, implorato judicis laici au-
xilio, in exilium mittitur.

*2. Quid ſi minori tantum excommunica-
tione fuerit ligatus?*

c. ult. h. t. Talis celebrando licet graviter peccet
non tamen fit irregularis, quo minus poſ-
d. c. ult. Vi- ſit Eccleſiaſtica Sacramenta administra-
de Covar. re; ſed tantum impedit, quo minus ipſe
in c. Alma ea percipere poſſit. Quæ eadem de
p. 1. §. 7. Clerico depoſito atque interdicto locum
habent.

De Clerico non ordinato mini-ſtrante.

TIT. XXIIX.

1. Quomodo punitur talis Clericus?

FIt perpetuo irregularis ad ſuſceptio-
nem ejus Ordinis: in quo non ordi-
natus miniſtravit, & præterea ab Eccle-
c. 1. & 2. h. ſia abjiciendus ſeu excommunicandus
t. d. c. 2. An. eſt. Beneficium tamen Eccleſiaſticum
1601. 1. ei non eſt auferendum, ut habeat, un-
Dec. de vivat. Hodie ex Conſtitut. Clemen-
tis VIII. quilibet non Sacerdos, dicens
Miſſam aut confeſſionem Sacramenta-
lem

m excipiens, ab Eccleſia abjicitur, & ab Ordinibus, ſi quos habet, rite degradatus, jubetur tradi Curiæ ſeculari debitis pœnis plectendus.

De Clerico per ſaltum promoto.

TIT. XXIX.

Ordines Eccleſiaſtici non niſi gradatim & diſtinctis intervallis temporum conferri poſſunt, ut dictum ſupra. *ad tit. de temporib. ordin.*

1. *Quis dicitur promotus per ſaltum?*

QVi prætermiſſo Ordine inferiori ad ſuperiorem aliquem ſua negligentia aſcenderit; ut ſi nondum Diaconus ſacerdotio initietur.

2. *Quæ pœna eſt ſic promoti?*

Talis tamdiu ab uſu & executione ſic ſuſcepti Ordinis ſuſpenditur, donec omiſſus Ordo inferior ſuppleatur. Et hoc, ſi ſua negligentia, ut dixi, & ignoranter ad Ordinem ſuperiorem aſcenderit: non ſcienter, quia tunc non eſt ordinandus, ut dictum eſt de non ordinato; quia idem eſt, non eſſe ordinatum, & non eſſe rite ordinatum. *c. unico h. t. & can. un. diſt. 52.*